

Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Breves Notitiae, Nummer 12

Milo quidam vir nobilis temporibus Otilonis dedit proprietatem suam deo et sancto Petro ad Salzburgensem sedem pro anima sua locum et alias possessiones ad Nuzdorf cum manentibus XIII et cum omni appendicio eorum in Salzburgwe super rivolum, qui dicitur Glanicle. Tisa quedam nobilis femina Theodberti temporibus dedit proprietatem suam in loco dicto Monticulus super Salzaha fluvium deo et sancto Patro ad Iuuauensem sedem cum mansis VI et aliis rebus suis. Ōgo nobilis vir temporibus Ottilonis ducis dedit de proprio suo in loco dicto ad Glana casam et curtem suam cum alio appendicio suo super rivulum Glane et manentes servos IIII cum coloniis suis.